ambulat ita etiam in testamentarijs successionibus sunt gradus in quibus hereditas versat' sed vno hereditatis nomine quoniam vno nomine heredum institutus et substitutus contin'et hac vna adiecta nota quibus distinguunt' primi et secundi gradus

N, 4. Iuxta quam resolutionem primo intelligendus ē tx in L. si quis mihi bona 25 §. vltimo ff. de adquirenda hered.° vbi si pater mandet filio adire hereditatem quasi instituto poterit virtute mandati adire hereditatem si substitutus sit quia licet mandatum sit ad implendum in spesifica forma L. diligenter ff mandati adimplet' tamen eo casu quoniā substitutio substantia et efectu institutio ē. 2°. intelligendus ē tx. noster argutū adiecta n°. 1. ad probandum institutionem differre ab institutione procedunt enim respectu gradus et ordines successionis in quo diferunt non vero quo ad substantiā q' non versat' ex eo quod institutus maius emolumentum percipiat aut situs quam substitutus

N, 5. Denique obstat quod substitutio, sit conditionalis institutio et ita non sit propria talis quē admodum de donatione dicit' in L. 1. ff de donationibus

tionibus, quia respondeo primo conditionem subs
titutionis inesse nesesario ex natura actus ad
ipsius effectum et ideo conditionem non esse L.
qui liberis 86 ff. Soc. Vt. quia conditio quae inest ex
natura actus non facit ipsum proprie conditio-
nalem L. 3. ff. de legatis 1. L. 1. in fine ff. de con-
ditionibus et demonst.

Secundo respondeo quod licet substitu-
tio vere et proprie esset institutio conditionalis
non tamen ideo minus proprie esse substitutio alioqui
heres primo gradu institutus sub conditione non esset
proprie et vere institutus quod dici non debet* quia
generaliter vera e conclusio actum conditionalem
in sua substantia perfectum esse etiam pendente
conditione L. nesesario 8 versiculo quod si pende-
te el primero ibi quasi iam contracta emtione
ff. de periculo et comodo L. usufructus 26 ff. de sti-
pulatione servorum ibi quia ex presenti vires
recipit stipulatio quamvis ex ea petitio suspensa
sit notat et explicat Connanus lib. 4 comentario-
rum cap.o 8 n.o 6 utiliter Afflictis desisione 280 n.o
3. et sequentibus Firaquelus de retractu linagier
§. 1. glosa 2. n.o 21 Balasius de iure enphiteutico
q.o 45 n.o 6 Angelus consilio 31. n.o 2 ut merito sit
cavendum a Corneo consilio 227 n.o 5 lib. 4 dum

N.o 6.

*debet

ait

ait actum conditionalem pendente conditione nullum habere effectum ac si non esset factus est enim verius perfectum dici quo ad substātiā nam si esset ex illis qui post q̄lam perfecti sunt nō possunt voluntate vnius ex contrahentibus reuocari iuxta L. sicut C. de actionibus et obligationibus etiam pendente conditione non licebit alteri contrahenti inuito altero abeo discedere notat glosa verbo perfectam in d. L. necessario §. si ita et prosequit late Lasarte in tractatu de decima venditionum cap. 5 nº. 1. qui conclusionem istā late explicat toto illo cap.

Nº, 7. Neque obstat tex in d. L. 1. ff de donationib; quia procedit specialiter in donatione nam cum iure ff. non perficeret nisi secuta traditione L. Senatus 35 §. donatio ff de donationibus causa mortis et conditionalis donatio a traditione nō pottit incipere recte dixit. I.C. in d. L. 1. conditionalem donationem non esse donationem quo fit ut nouo iure donatio promissione possit perfici L. si quis argentum 35 §. fin. C. de donationibus et alii in fine insti. eodem conditionalis donatio perfecta donatio ē licet deficiente conditione deficiat

Vnde aparet substitutum etsi sub conditione vocet vere institutum esse et merito I.C. in L.

mulier

mulier §. ult.º de conditionibus institutionum conditionem illam si me heredem instituisti tubeo in substituto impleri dixerit

Ex qua conclusione aliqua utilia in praxi deduxerunt Corasius in rubrica C. de impuberum n.º y Peralta in rubrica de heredibus inst. n.º 19. Et ego ultra ipsos colligo declarationem L. 31. tauri quae est lex 5 tt.º 5 Lib. 5 recopilationis ut comissarius cui data est facultas faciendi tt.º pro alio iuxta formam illarum legum quemadmodum non potest heredem instituere nisi a concedente mandatum ad testandum nominatim fuerit designatus heres ita etiam non possit heredi instituto substitutum dare nisi in mandato id fuerit concessum expresso substituti nomine nam cum substitutio institutio sit et substitutus vere et proprie institutus heres verba illius L. el poder para hazer heredero nonbrando el que da el poder por su nombre al que mando que el comisario haga heredero comprehendunt etiam substitutum cum etiam hic vere heres sit et quidem institutus quo arguto et alys hanc sententiam defendit Feiius in d. L. 31. tauri n.º 1 et 2.

N, 8.

Verum haec interpretatio repugnat verbis illius L. 31. ibi salvo si el que dio el tal poder especialmente le dio para hazer alguna cosa de las

N, 9.

dichas

dic hasariba en esta manera el poder para hazer heredero nombrando el que da el poder por su nõbre aquien mando que el comisario haga heredero i en quanto a los otras cosas señalando para que le da el poder et licet his verbis conet respondere Feius non tamen omnino satisfacit ut merito ab opinione Feij recedant plerique existimantes in substitutione et reliquis quæ in ea L. ennumerant præter institutionem totum desiderari spetialem mã datum ad substitutionem exheredationem melio remve faciendam vel dandum tutorem quãvis persona substituenda exheredanda aut designanda ad tutoris offitium expresa non sit in mandato lib. 5 recopilationis glosa 3 nº. 1. et 2 Azevedo ibidem nº. 12 et 13 et 25 et repetit item matienso in L. 1. eiusdem tit. 4. glosa 1. Costa in capº. si pater prima parte verbo adijtiens nº. fin. quatenus in substitutione pupilari facienda virtute mandati conseti ad testandum putat non requiri per eam legem ut exprimat persona substituenda

Nº. 10, Adde tamen tantari posse nominatio nem spetialem requiri in substituto dando ex L. adducta ratione et quia non minor fraus timeri potest in substituto subrogando quam in herede instituendo ad quæ cum ratio illius legis quæ

militet

militet in hoc casu eius quoque disisio admiti de
bet l. illud in primo responso ff ad l. Aquiliam
cum multis adductis a Villagut in tractatu de ex
tentione legum p. lidio 22 n.º 6 maxime quia
cum ea ratio ponat in proemio legis sen certi debet
finialis l. ult.ª ff de heredib; insti. adque ita nõ
minus disponit quam ipsa l. desisio l. cum pater
69 §. dulcissimis ff. de legatis 2. Neque in contra
rium movere debet d. l. 31. que cum specialiter et in
dividuo meminerit institutionis exheredationis
meliorationis tutelle dationis et substitutionis
postea solum exhibet institutionem heredis in ver
siculo el poder para hazer heredero. Quia respõ
det quod cum dare substitutum sit heredem fa
cere substitutio continet illius verbis hazer here
dero. Et quamvis verba illius l. defraudari vide
ant ratio tamen legis prevalere debet ut in
cap.º solite de maioritate et obedientia cum addu
tis a Petro Surdo desisione 19 n.º 1. habent enim
se verba et ratio prout corpus et anima et sicut
anima dominat corpori ita legis dominatur
verbis ex adductis a Villagut supra cap.º de ex=
tentione legum penalium respective n.º =
1697

Neque rursus obstat quod eadem fraus

N.º 11.

videt

videt posse intervenire in alijs ibi expressis si comi
sarius personam nominet. Quia respondet quod
cum melioratio non cadat nisi inter filios comi
sio non continet omnimodam incertitudinem
sed incertitudo de certis eligendo a comissario
videt relicta melioratio quod fieri potest l. extra
8 §. cum quidam ff. de rebus dubijs l. unum ex fa
milia 69 ff. de legatis 2. sic etiam exheredatio
quae solum cadit in filium non in extraneo
l. quidam cum filium 133 de verborum oblig.
sat esse putavit lex tauri concedere mandatu
ad exheredandum licet persona incerta sit q^a
e de certis imo cum exheredatio fieri non possit
nisi contra filium qui eam meret ex causis a
iure aprobatis et expressa causa in ipsa exhered.^e
aut. §.^o ut cum de apellatione cognoscit §. aliud quo
que capitulum collatione 8 satis videt demons
trari filius quia non quem elegerit comissarius
sed quem causa exheredatione dignum fecerit
debet exheredare, qui comissarius nominatim
debet eum declarare et sic satis fiet quod de l. 2.^a
ff. de liberis et post. §. tutoris etiam datio nihil co
mune habet cum heredis institutione adque
ita lex etiam excipit illo versiculo y en quato
a las otras cosas

Sed

Sed quamvis hæc satis probabilia et iuris ratio
ni consentanea mihi videantur, si tamen questio
in praxi incidisset vix a contraria sententia au
derem recedere quia verba legis sufragantur, quibus
bus standum est L. ille aut ille §. cum in verbis
de legatis 3. nam ut recte scripsit Abas in cap.
ad audientiam nº. 2 de decimis si Princeps ali
ter intellexisset bene sivit et ponere vocabul
um acomodatius

N, 12.

Ulterius contra eandem primam con
clusionem oponit Bart. tx. in §. quos autem inst.
de bonorum possessionibus dum probat vocatos
a pretore non esse heredes et tamen a Pretore vo
cant instituti in testº. valido de iure civili
ut in principio eiusdem titº versiculo aliquan
do qº instituti primo gradu non semper dicu
tur heredes. Cui dificultati ex presa prima so
lutione Bart. respondet ibi largo significatio
ne apellatione heredis bonorum possesorem con
tineri L. 1. §. bonorum ff. ad Trebelianum adque
ita sentit Bartolus tx. in §. quos autem loqui
de herede proprie et stricte quo modo bonorum po
ssesor non est heres, nostrum vero tx. in herede
late sumto vocabulo quo modo quicunque ins
titutus dicit heres quamvis iure Pretorio succedat

Cui

Quae sententia communis e Socinus et Ripa n.° 2 in presenti Jassoni late explicanti a principio usque ad numerum 6. et repetunt idem Jasso et Ripa d. §. bonorum utrobique explicantes qui bus in casibus apellatione heredis contineatur bonorum possesor quae tamen disputatio hodie videtur inutilis cum non sit in usu bonorum possetiones quae olim a Pretore dabantur ut notat Balduinus in rubrica inst.ª de bonorum possetionibus in fine Rebufus in l. ex illa parte 127 de verborum sign.° quamuis propter hoc non sint negligenda quae in iure civili tradunt de bonorum possetionibus cum plerague ex his in forensibus controvertijs utilia esse solleant sub nomine hereditatis ut observat Gregorius Lopez in l. 19 tt.° 1. p.ª 6

N.° 13. Sed aduersus istam resolutionem obijcit l. si qui in potestate 15 §. ult.° ff. de legatis prestandis ubi conditio dandi heredi quae impleri debet in specifica forma l. qui heredi 44 et l. Menius de condit. et demonst. et ideo non implet in fidei comissario universali d. l. qui heredi §. cum heredi tas, adimplet tamen in bonorum possesore d. §. fin adque ita aparet bonorum possesorem proprie heredem esse. Sed respondendum e illum tx. spetialiter procedere in casu z dicti de legatis

pras

prestandis ne alias comodum proveniens ex imple
mento conditionis pertineret ad heredem scriptum
et onus solvendi legatum ad quod consequendum
conditio implet expectaret ad bonorum possessorem
qui cum tale onus sustineat comodum quoque ex
implemento conditionis proveniens habere debet
l. secundum naturam ff de regulis iuris quam
rationem insinuavit I.C. in illis verbis absurdum
enim est illud comoda hereditatis habere alium
onera legatorum sequi ita interpretatur galiau
la in l. senturio § hoc tt.o n.o 39 verciculo nona
utilitas et explicat mantica de coniecturis lib. 11.
tt.o 17 n.o 16 et sequentibus

Sed licet superior Bartoli traditio in
se vera sit non tamen disolvit difficultatem
quia heres institutus in tt.o valido etiam si bono
rum possessionem agnoscat etiam heres est iure ci
vili adquesita tx noster etiam eo casu loquitur
de herede proprie sumto. Quare retinenda est prior
solutio Bartoli ab ipso neglecta et ab aliis comu
niter improbata. s. heredem agnosentem bonorum
possessionem secundum tabulas iure civili here
dem esse neque contrarium probat tx in d. § quos
autem quia loquitur de his qui a solo Pretore voca
tur quales sunt emancipati cognati et alijs qui

N.o 14.

nullo

nullo alio iure possunt ad suctionem venire ut
constat ex illis verbis solus vocat Pretor que aper
te probant hanc sententiam si coniungant cum
ultimis verbis §. precedentis. Facit etiam lex pube
res C de iure deliberandi ibi pro herede gerere
non ambigit cuncta L. pro herede et L. gerit §. de
adquirenda hereditate et §. fin instit. de here
dum qualitate. Nec enim admitenda e violen
ta expositio glose ibi dum exponit verba illa pro
herede gerere .s. de iure Pretorio nam preter
quam quod hec expositio violat proprietatem
verbor repugnat alijs verbis eiusdem tx ibi post
quam ei hereditas fuerit delata nam heredi
tas delata intelligit quam quis potest adeun
do consequi L. delata 159 ff de verborum sig
nif. et cum aditio fiat solo animo simul ac
que quis declaravit se velle succedere statim
heres fit d. L. gerit adquerita antequam a Pre
tore deservat bonorum possessio fuit effectus
heres iure civili nec potuit desinere heres esse
decreta bonorum possessione arguto L. et si sine
§. sed quod Papinianus in fine ff de minoribus
Denique hanc meam sententiam confirmat tex
tus in principio de bonorum possessionibus ibi sed
et remota quoque bonorum possessione ad eos per
tineret

neret hereditas iure civili expendendo dictionē et, que in eo tx accipit pro etiam adquae ita ex primit unum casum in quo institutus succedit iure civili cum. s. non agnoscit bonorum posse sionem et implicat et involuit tacite alium in quo eodem iure civili succedit cum. s. illam agnoscit,

In textu ibi instituti primo gradu

Exponit glosa id est loco sed non recte nam inter locum et gradum magna ē differentia nam locos numeramus ex ordine scripturę gradus nominamus ex ordine successionis * nam qui secundo loco scriptus ē non semper substitutus ē sed aliquando coheres l. qui soluendo g. 60. ſ. de heredibus inst. cuius decisio nullam haberet iuris misterium imo plane inepta esset si secundo loco scriptus seruus esset substitutus cum certissimum esset primo adeunte non posse substitutum admitti l. quamdiu ff de adquirenda hered.e imo statim spiraret substitutio l. post aditam C. de impuberum et secundo loco vocatus in specie ibi proposita si substitutus esset nō conueniret decisioni ratio proposita in versiculo nam lege alia sentia que elegans ē et abstrusissima si duos illos seruos coheredes esse intelligamus

cum

* vnde

cum enim uterque heres esse non possit per legem Eliam Sentiam prefert in hereditate primo nominatus iuxta ea que mox subijciam, male ergo glosa in presenti et alibi esse gradum exponit pro loco ut observat et explicat Cuiatius in recitationib. solemnibus ad hunc tit. in ijs scolio super verbo gradu Neque contrarium probat tx a glosa alegatus in L. 2 §. de fert versiculo primo autem gradu ff de secundum tabulas nam licet qui primo loco sunt dicant esse in primo gradu ut aparet in versiculo sequenti eiusdem L: 2 incipiente si quis ita scripserit

in textu ibi substituti 2° vel 3°

Satis aperte probat hic tx ad hoc ut quis sit substitutus debere instituti 2° vel ulteriori gradu post institutum de qua conclusione dixi multa ad rubricā in diffinitione substitutionis et contra eam tendet 2a opositio Bartoli quam facit de §. sed si quis ita legis sequentis de cuius interpretatione dictum ē in rubrica sub n° 34

N° 17 Nunc addo ex Bartoli solutione que communis ē teste Jassone n° 6 Ripa 16 colligi utilem resolutionem in praxi quod licet ordo scripture soleat atendi ad induendam prelationē

inter

inter vocatos l. quoties 40 ff de usufructu l. cum pater 79 §. a te peto ff de legatis 2. l. generaliter 24 §. proinde versiculo quid ergo ff de fideicom. libertatibus l. si comunis servus 37 in fine ff de stipulatione servorum cap. mandato 10 de prebendis in 6. l. 1. ff de al 60 scribendo ibi et inter duumvirales antiquissimus quisque prior per quem tex. notat Baldus in l. penult. 3. opositione C. de verborum signi. primo nominatu presumi maiorem ętate quorum iuritum regulâ exornat Baldus in l. 1. C. de ędicto Divi Adriani Felinus in cap. cum dilecta n.° 4 de rescriptis Nicolaus Valla in tractatu de rebus dubijs tractatu 4 n.° 1 Tiberius decianus responso 9 n.° 32 et sequentibus lib. 2. quod tamen atinet ad valorem et efectum actus, ordo scripturę non atendi[t] in his quę sunt in eodem contextu l. quo loco 20 quę pendent ex l. presedenti et cum ea coniungenda est l. si quis ita 28 l. talem 51 quę coniungenda ē cum l. quoties 9 §. si quis ita ff de heredibus instituendis cap. causam quę de rescriptis

In textu ibi substitutio aut simplex est aut duplex etc.

Probat substitutionem vulgarem simplicem dici pupilarem duplicem unde generalius dedu

cit

N.° 18.

,it Bartolus nº. 4 dispositionem in unum casum
conceptam esse simplicem et que in duos duplicē
sentiens vulgarem substitutionem ideo simplicem
apellari a Modestino quia in unum casum §. quod
institutus non sit heres concipit eam vero que fit
filio impuberi duplicem quia in duos casus et
existente et non existente heredis concepta ē
cum in exemplis in presenti propositis secunt
Alexander et Alciatus nº. 2 Ripa. 18 Conanus
lib. 10 comentariorum capº 7 nº. 10

N.º 19. Unde ad desisionem practicabilis ques
tionis infert in presenti Bartolus nº. 4 §. quod si sta
tuto caveat ut teneat quis respondere positionib;
simpliciter si reus respondeat se non accepisse pecu
niam que ab eo petit et casu quo acceperit expen
disse in negotia actoris habebit pro confeso quasi
non satisfatiens forme statuti quam doctrinam pro
sequit et declarat Ripa in presenti nº. 18 Socinus
7 Politus in tractatu substitutionum nº. 19 et ex
ea declaranda lex. 1. et 2 titº. 7 lib. 4. recopilatio
nis ubi statuit possitionibus simpliciter respondē
dum esse alias reum haberi pro confeso. Sed in eo
fetione que in iuditio fit a debitore ad efectum
ut habeat paratam executionem iuxta l. 5 titº. 21.
lib. 5 recopilationis alio iure utimur ut post anti

queires

quiores quos refert explicat Parladorius lib. 2 rerum quotidianarum c. fin. 1. parte §. 4 n.º 11.

Sed contra nostrum tx sic intellectum obijcit quod vulgaris substitutio semper deberet dici duplex cum duos casus contineat. s. voluntatis et impotentiae l. cum proponas 3. C. de heredibus instituendis. Propter quam difficultatem Baldus hic post principium et Aretinus n.º 4 docent dispositionem dici simplicem quae unica e, simplex enim et unum convertunt l. manifestissimi ubi notat Aretinus n.º 3 C. de furtis. Si vero contineat duos dispositiones diversas dicit duplex in quam sententiam inclinat Socinus in presenti n.º 6 vers. 8 et ideo licet vulgaris in duos casus concipiat quia tamen una e substitutio simplex dicitur a Modestino ut observat in presenti Ripa n.º 18 Altiatus 6. Sed hec sententia in effectu non differt a sententia Bartoli nam quod ait de duobus casibus intelligendum est quando hi constituunt diversas species substitutionum nam si una substitutio in diversis tamen eventibus constituat simplex dicit ut contingit in vulgari quae non mutat eo quod in diversis eventib. voluntatis s. et impotentiae verificet — N.º 20.

Sed adhuc contra nostrum tx in hac parte — N.º 21.

obstat

obstat 3. opositio Bartoli deducta ex eo quod vulgaris substitutio duplex sit cum contineat tacitam pupilarem L. iam hoc iure ¶ § hoc ita. L. quamvis C. de impuberum. Cui difficultati respondet Bartolus tex. nostrum procedere inspecta figura verborum secundum quam substitutio in unum concipitur casum. tex in d. L. iam hoc iure atento tacito intellectu secundum quem substitutio concepta in alterutrum casum alterum quoque continet et sic erit duplex sequitur Jasso in presenti n.° 1 et e communis teste Ripa n.° 21. qui deduxit ex ea quod si statuto vel ex dispositione testatoris caveat ut ita ad literam aut secundum verborum figuram tunc sub vulgari expresa no continebit pupilaris neque e converso quod ante Ripam deduxerat Baldus in L. precibus C. de impuberum n.° 15 versiculo et notat quod in quibusdam locis et confirmari potest ex traditis a Mantica de coniecturis Lib. 5. cap.° 14 n.° 26 et ex multis relatis a Menoquio de presumtionibus Lib. 4. presumt.e 26. n.° 42

N.° 22. Verum hec opinio non temere erit admitenda propter doctrinam Bartoli in L. omnes pupuli n.° 65 ff de iustitia et iure docentis per predicta verba non tolli interpretationes iustas et

que

que per leges fiunt Bartolum sequit communis tex te Jassone ibi nº. 42 Menoquio de adipiscenda poss.e remedio 4 nº. 22 Carolus Ruinus consilio 3 volumine 5 Tiberius Decianus responso 41. nº. 148 volumine 1. et alij relati a Menoquio d. nº. 42 versiculo ceterum a predictis qui numeris sequentib; cum Socini distinctione articulum bene recte explicat

Sed superior Bartoli solutio displicet Ripe in presenti nº. 22 primo quia secundum eam lex verbis et non rebus esset imposita cõtra l. 2. C communia de legatis. Deinde quia cũ mens potius quam verba atendi debeat l. 3. C de preteritis liberis l. non figura 37 ff de actionibus et obligationibus l. 3 §. conditio j. de adimendis legatis cap.º Marquio et Basilides 19.e 1. cap.º preterea versiculo quia plerumque de verborum sign.º substitutio predicta dici deberet duplex atento intellectu et neglecto verborum sono. Denique quia quod intelligit tacite pro cauto habetur l. 3 ff si certum petat vnde subintelecta substitutio actum duplicem constituere deberet quemadmodum si esset expresa; quibus et alijs argutijs motus Ripa in presenti nº. 22 fatet vulgarem factam filio impuberi du

plicem

plicem esse neque obstare tx nostrum qui loquit de substitutione vulgari facta extraneo vel facta puberi quae non potest continere pupillarem adque ita nullo casu potest esse duplex ut dixit Bartolus in presenti n.° 3 in illis verbis quia tunc e simplex totaliter secunt Polites in tractatu de vulgari n.° 38 Antonius gomes 1. tomo cap.° 3 n.° 1. in fine. Et suaderi videt ex tx nostro dum exemplum proponit in Lutio Titio et in pupilari mutata persona exemplum ponit in filio quamuis si sequamur literam florentinam haec consideratio non urgeat quia secundu illam non mutat persona Lutij Titij in exemplis substitutionis

N.° 23. Et mihi non omnino improbabilis videt haec opinio quamuis displicuerit praeceptoribus nostris eo quod nimis restringit tx. nostrum qui generaliter loquit in quacunque vulgari adque ita significat quod etiam si fiat filio impuberi simplex dicit et retenta hac conclusione ad argutu contra eam adductum respondendum e quod licet vulgaris tunc contineat tacitam pupillare eius tacite substitutionis non habet ratio ad constituendam duplicem substitutionem quonia a lege inducit non eo modo neque cum his qua

litatibus

litatibus quas habet expressa at vero tx. noster et conclusio ex eo deducta procedit quando utraque substitutio provenit ex dispositione expressa testatoris.

Pro cuius solutionis explicatione et probatione sciendum est tantam pupillarem ex verbis expresse vulgaris indui non potuisse neque ex mente testatoris. Primum quod non inducatur ex verbis probat ex eo quia formule utriusque substitutionis sunt omnino contrarie ut aparet ex tx. nostro et ex principio inst.ta de pupilari adque ita ex repugnantibus verbis non potuit indui substitutio imo expressio alterius casus contrarium excludere videtur L. quibus diebus 40 §. quidam filio ff. de conditionibus et demonstrat. L. comodissime 10. ff. de liberis et postumis L. 1. C de furtis quod bene considerat Imola in cap. Reinuntius n.o 67 ad finem extra de testamentis et post alios Mantica lib. 5 de coniecturis tit.o 13 n.o 6.

N, 24

Neque huic rationi obstat quod aliqui non insubtiliter obijtiunt verba hec si filius heres non erit non esse contraria semper pupilari substitutioni nam si fiat filio ex heredato ut in versiculo substituere huius L. et in L. 2 in

principio

principio et in §. non solum inst.ª de pupillari cum
esset illa conditio si heres erit conditio contraria
si heres non erit pupillari recte adaptat. Nam
huic obiectioni respondeo quod qui substitutio fit
exheredato filio non potes habere locum dispositio
d. l. iam hoc iure neque potest dari duplex subs
titutio neque sub pupillari continebit vulgaris
quia cum filius non possit heres esse non poterit
desinere esse heres ex regula l. manumissione 14
ff de iustitia et iure legis decem 116 de verbo
rum obligationibus capituli ad dissolvendum
de desponsatione impuberum. Ereo fit ut in ter
minis d. l. iam hoc iure ad hoc ut locum habeat
tacita substitutio filius instituti debeat cui con
sequens ē ut verba alterutri substitutionis ex
presa necesario debeant esse contraria alteri
tacite adque ita ex verbis non potes induci illa
tacita substitutio

N.° 25. Secundum vero s. quod substitutio taci
ta ex voluntate non inducat probat ex eo
quia quamvis demus substitutionem istam
deduci ex presumta voluntate testatoris ut vo
luit Bartolus in repetitione huius l. n.º 11. presu
ta ista voluntas non potuit suficere ad indu
cendam directam institutionem vel substitu
tionē

tionem ad quas nessesaria sunt expresa verba et quidem directa §. in primis inst.ª de fideicom. hereditat. L. Jubemus C. de test.tis L. unica §. si tabulæ test.ti cui consequens est ut nessesarium fuerit decretum imperatorum veri et Antonini qui talem substitutionem introduceret repugnantibus verbis testatoris et presumta voluntate eum inducere non volente quam interpretationem ad L. iam hoc iure scribunt Alciatus in presenti n.º 18. et in d. L. comodissime n.º 29 = Jasso in L. filius heres n.º 54 ff. de liberis et posth.

Ex qua resolutione colligitur primo probatio rationis ff. scriptæ quare §. substitutio vulgaris de qua in L. iam hoc iure non dicatur duplex nimirum quia facta relatione ad testatorem nullo modo potest continere pupilarem ad quem ita una substitutio est licet vi et potestate legis ad aliam porrigatur ut merito dixerit Polihis in proemio substitutionum n.º 68 substitutionem duplicem esse aliam facto hominis aliam potestate legis. 2.º deducitur tacitam pupilarem quæ a lege inducitur non operari omnes effectus quos expresa nam licet taciti et expressi soleat esse idem iuditium hoc tamen non procedit = quando exprimitur alio modo quam inest taciteæ

N.º 26.

L. 3

L. 34. Filius 1. de liberis et posth. ibi quoniam
post aditam hereditatem noluit eum substi
tuere quem textum ita interpretat Bart. in
L. 3 nº. 3 ff de legatis. 1. ubi explicat quando di
catur aliquid exprimi aliter quam inest ad
quaerita cum pupillaris ex provisione et volun
tate testatoris provenit aliter exprimit quo
ubi a lege subintelligit ut notat et explicat
Ruinus in L. 3 nº. 41. quo fit ut quamvis per
expresam pupillarem excludat mater a succes
sione Filij L. Papinianus 8. 5. sed neque impu
beris ff de inofficioso cap.º si pater de testamen
tis in 6. qua de re plena disputatio habetur
apud Menoquium de presumtionibus lib. 4
presumt.e 33, per tacitam tamen pupillarem
mater non excludit L. precibus C. de impu
berum L. fin C. de institutionibus disputat
plenissime Menoquius d. lib. 4 presumtione
39,

In textu ibi sive heres erit et intra pu
bertatem decesserit tunc Caius heres
Heres mihi sto

Nº, 27. Insinuat his verbis Modestinus per pupillarem subs
titutionem ipsi patri testatori succedi quemus con
trarium aperte docet Justinianus in principio
inst.º

inst.o de pupilari ibi ipsi filio sit heres substi
tutus et è verissimum substitutum pupillarè
non patri sed pupilo succedere in omnibus eius
bonis unde cumque quesitis L. sed si plures 10 §. ad
substitutos ff. hoc tit.o Cui difficultati cum glosa in
presenti verbo Caius Seius respondet Bart. n.o 3 cum
mens hec è dictionem mihi non vitiare pupila
rem neque obstare quominus substitutus ipsi
pupilo succedat et est comunis teste Socino et Jass.
in presenti n.o 11. Costa in cap.o si pater verbo here
des n.o 1. Mantica de coniecturis lib. 1. tit.o 1 n.o 5
et probat Cuiatius in recitationibus ad hanc L.
in fine et secundum hanc sententiam varijs
in casibus respondent Parisius concilio 73 n.o 59
volumine 2. Marianus Socinus concilio 96 n.o 26.
et 37 et concilio 121. n.o 23 volumine 1. Beroius
concilio 129 n.o 19 volumine 2 Menoquius con
cilio 352 n.o 22 lib. 4. Craveta concilio 623 n.o 22
et sunt pro hac sententia iura expresa in L. cohe
redi 41. §. fin ff. hoc tit.o in L. si ita scriptum
8 §. qui filio ff. de secundum tabulas et procons
tanti presuponit Lex pater familias 46. ff. hoc tit.o
ibi heredes mihi et Lex penult.a C. de impuberis
ibi illum sibi heredem esse et innuat Lex si
quis a filio 32 in principio ff. de legatis 1.o quatenus

substi

substitutum filio impuberi ita apellat testator heres meus et probat iure Regio ex L. 14 tit. 3 p. 6

N.° 28. Sed quae sit huius desisionis ratio non sa tis liquet inter iuris interpretes imo neque I.C. inter se convenire vident Julianus enim in d. §. qui filio valere substitutionem dicit quia perinde haberet ac si verbum mihi ad iectum non fuisset cuius rationis rationem adijcit Papinianus in d. L. coheredi §. fin. in illis verbis nam et qui certe rei heres institu it coherede non dato bonorum omnium here ditatem obtinet

N.° 29. Pro cuius explicatione sciendum e quod ubi heres in re certa heres instituit vel in parte hereditatis nullo coherede dato rei vel partis mentio detrahit et heres in universum succedit L. 1. §. si ex fundo L. quoties. 9. §. neque si duo ff. de heredibus inst. L. quoties C. eod. tit. L. 1. ff. de conditio. inst. ibi vel alio modo secu dum expositionem Cumani ibi quorum iuri um desisionem in foro animae procedere tes tat Abas in cap.° 2 n.° 4 in fine extra de test.

Et sane iuris traditionem induxit Papi nianus in d. L. coheredi §. fin. in hunc sensu quod ubi

quod ubi pater iubet substitutum pupillarem sibi heredem esse perinde habet ac si in re certa vel parte hereditatis substitutum succedere vellet nam per filij aditionem bona patris fuerunt facta filij in principio inst.ª quibus ex causis manumitere et in principio inst.ª de heredum qualit. versiculo vt potius heredis eius quem tx ad hoc meliorem de iure dicit Gasso in l. 1. n.º 148. veteres ff de adquirenda poss.º probat etiam tx in l. sed si plures. 10. §. filio ff. hoc tit.º in l. qui filij testamentum in principio ff. de his quibus vt indignis adque ita pater adijciendo ditionem mihi in solis suis bonis videt heredem substituere et cum illa reperint esse iuncta cum bonis filij videt facta institutio in certa parte hereditatis qua detracta manet heres in vniversum vt in d. §. si ex fundo cum similibus quam rationem sencit Accurs. d. l. coheredi §. fin. cum alegat l. quoties §. si duo ff de heredibus inst. et prosequit late Costa in cap.º si pater 3. p.º verbo pupillaris a n.º 2.

Verum hec ratio Papiniani tuta non videt quoniam substitutio defendi potest sine vitio et etiam non detracta ditione mihi licet enim non removeat adiec substitutus videt vocatus non ad solam hereditatem patris sed

N, 30.

sed etiam filij nam cum heres heredis primi tes
tatoris sit heres L. fin. C. de hered. inst. L. si quis
filium 7. §. fin. ff. de adquirenda hered.e dice
mus substitutum qui filio meo impuberi heres
e mihi quoque heredem esse. Quam rationem
presensit Paulus I.C. in d. L. paterfamilias 46 ff.
hoc tit.o in illis verbis cum verum sit eum testa
tori heredem extitisse adque ita habemus duas
rationes illius dispositionis sed cum utraque stare
non possit quia inter se pugnant et utraque
habeat autorem I.C.m videndum e quæ sit poti
or

N.o 31. Et sane illa quæ Papiniano placuit eo fun
damento suspecta videt quod regula d. §. si ex fun
do non recte videt adaptari propositæ questioni
in qua substitutus non ad certam partem sed ad
universam hereditatem vocat etiam per illa ver
ba heres mihi sit nam quamvis succedat pupillo in
omnibus bonis adhuc heres testatoris recte dicit prop
ter regulam d. L. fin. unde merito plures inter
pretes hanc secundam rationem secuti cum Aaur
tio hic verbo Caius Seius cui subscribit Bartolus
n.o 3 et aprobant expresse Socinus et Jasso n.o 11. Co
rasius in L. cum quidam n.o 3. C. hoc tit.o Cuiatius
Lib. 11. observationum cap.o ult.o Polibus in tracta

tu de

de vulgari particula 2 nº. 28 qui ausus fuit Papi
niani rationem improbare quasi non sit nese
se reijcere ditionem illam mihi ad hoc ut subs
titutio in omnibus pupili bonis locum habeat

N, 32.

Sed adue dicendum e rationem Papini
ani nesesariam esse ad sustinendam pupilarẽ
quoniam altera ratio Pauli IC. solum coẽludit
quod substitutus heres testatoris in bonis que filius
ab ipso habuit et per aditionem propria efecit
seterum in bonis que pupilus aliunde adquisivit
substitutus non potest dici heres primi testatoris ad
que ideo cum vtraque hereditas iuncta esse eperit
nesesaria fuit alia ratio Papiniani per quam
detracta ditione mihi et sic mentione bonoꝝ
paternorum heres in vniversum sucsederet vt
bene concideraт Costa. I. facit pro hac sentẽtia
doctrina glosę magne versiculo sed hic potest
dici in L. 2 §. fin. ff de pretorijs stipulationibus
dicentis heridem tantum representare defunc
tum in parte vel portione quam ab ipso habuit
quam glosam ad hoc notat Bart. in L. 2. §. ites si in
facto ff de verborum oblig. idem Bart. et Baldus
sic intelligentes tx ibi in L. cum a matre 14 C. de
rei vindicatione Pinelus in L. 1. C. de bonis ma
ternis 3. pª nº. 79 collumna 4 Firaquelus lib. 42

Peralta

Peralta in rubrica ff. de heredibus inst. nº 88 vnde regulam illam heres heredis primi testatoris est heres in bonis quæ primi testatoris fuerunt tantum procedere docet Corneus in d. l. fin nº 6 Baldus 28. Quo fit ut quamuis in propo sito induceat prædicta regula cum Paulo in d. l. pater familias adue tamen necesaria sit Papiniani interpretatio vt substitutio a vitio defendat vt substitutus non solum in paternis sed etiam in pupili bonis succedat

Iuxta quam resolutionem vtraque ratio sustinet nam per primam eficit vt bene testator dixerit sibi heredem esse substitutum in bonis s. quæ pupilus habuit ab ipso testatore sed quoniam tunc vitiosa esset institutio qua si facta in parte hereditatis necesaria fuit Papiniani ratio quæ de tracta partis mentione substitutionem traheret ad vniversum. Sed priori ratione ideo vtit Paulus I.C. quoniam non tractabat de defendenda substitutione a vitio cum in casu ibi proposito in vtrumque casum s. vulgaris et pupilaris substitutionis fuisset vocatus Seius fratre testatoris, sed cum euenisset casus pupilaris substitutionis dubitabat de im plemento conditionis adscriptæ fideicomisso relic

to sub

to sub conditione si Caius Seius testatori heres esset et sic videbatur inductum in casum vulgaris substitutionis per quam testatori succedit sed adhuc I.C.tus respondet deberi fideicomissum quia cum substitutus pupilaris heres sit filij in bonis patris heres etiam est patris et hec è vera mens I.C.ti in versiculo nec adversarij

Ex qua resolutione infert primo cavendum esse a Menoquio lib. 4 presumt.e 34 n.o 12 et 13 qui predictas rationes contrarias esse afirmat et ut veram adque omnino retinendam eligit Papiniani rationem. Secundo cavendu est a Ruino n.o 9 qui substitutionem factam sub predicta forma negat esse pupilarem contra expresa I.C.ti responsa s. adducta quibus licet conet respondere non tamen omnino satisfacit. 3.o cavendum è a Socino in presenti n.o 36 ad finem dum docet predictam substitutionem pupilarē continere vulgarem expresam propter dictionē mihi hoc enim falsū è quia dictio mihi non directo refert ad testatorem ut in vulgari sed mediante persona primi heredis tum etiā quia vulgaris expresa concipit in casu quo primus heres non sit cuius contrarium reperit in predicta specie

N.o 35.

Sed an

N.o 36.

Sed an prędicta resolutio procedat cum subs
titutio fit filio exheredato valde controversum est
inter interpretes et Paulus Castrensis in presen
ti n.o 3 ad finem docet vitiari etiam in casu subs
titutionem quam opinionem repetit in l. prę
cibus n.o 3. C. eod. tit. et sequunt. relati a Mantica
de coniecturis lib. 5. tit. 1 n.o 9 Menochio de pre
sumptionibus lib. 4 presumptione 34 n.o 16 et 17
Costa in cap.o si pater verbo pupillaris n.o 6. Pro
qua sententia facit quia in casu filij exhere
dati cesant duę illę rationes per quas substitu
tio defendit facta filio instituto nam prior illa
deducta ex regula l. fin. C. de heredibus inst.
cesat omnino ubi filius exheredat. nam cum
his non fuerit heres patris, neque substitutus dici
poterit eiusdem patris heres mediante persona
filij et consequenter cesabit 2. ratio deducta ex
regula l. 1. §. si ex fundo ff. de hered. inst. quoniam
hęc ratio removet dubitationem mihi quasi inducta
substitutionem in solis bonis paternis quę cum iunc
ta fuerit cum bonis filij efficit ut substitutio vi
deat facta in parte hereditatis qua detracta subs
titutio trahit ad universum hoc tamen dici non
potest ubi filius exheredat. nam cum nulla bona
patris habuerit ob id quę substitutus pupillaris non
possit

possit dici primi testatoris heres non poterit hec dictio reijci quasi inducens substitutionem in re certa adque ita constat Papiniani rationem huic casui non posse adaptari et consequenter vtraque ratione sesante in hoc casu non debet ad eum extendi decisio d. L. coheredi §. Fin. cum similibus propter regulam L. adigere §. quamuis de iure patronatus et multo magis ex eo quia extentio de casu ad casum fit vbi est eadem vel maior ratio L. illud 32 ff ad L. Aquiliam L. a Titio 108 de verborum obligat. adque ita vbi non dat eadem ratio non fit extentio cap. fin. extra de translatione Episcopi

Secundo facit pro Castrensi quia cum pater in substitutione fecerit mentionem etatis pupillaris constat voluisse facere pupillarem substitutionem filio glosa verbo precibus verei. fideicomissi in fine C. de impuberum recepta secundum Menochium late de presumtionibus Lib. 4. presumtione 34 n.° 21. et si voluisse facere Mrem. ipsi filio L. Papinianus 8 §. sed neque impuberis ff de inofficioso ibi ipsius filij testamentum est, sed cum per dictionem mihi testator se referat ad sua bona Mre. hoc valere non potest vt testamentum filij quasi factum de bonis patris que nunquam fuerunt pupilli exheredati non enim valet Mre. de alienis bonis factum L. qui consti-

tuunt

N.° 37.

constituunt 8 §. si post J. de iure codicillorum ibi de alienis quodamodo rebus testatur aut.ca ingressi C. de sacrosantis eclesijs

N.° 38. 3.° Facit quia de natura pupilaris substitutionis est ut per eam succedat pupilo in principio inst. de pupilari L. si pupilus 42 versiculo impugnat enim ff. de adquirenda hered.e sed per dictionem mihi in ducit ut non succedat pupilo sed patri adque ita est contra naturam intrinsecam actus et consequenter non debet valere L. cum precario 12. ff de precario secundum interpretationem Bart. communiter receptam quam aliter et melius eum ex interpretat Forcatolus dialogo 3 et 4 L. ubi ita donatur 27 ff de donationibus causa mortis L. per seruum 14 §. 1. ff de usu et abitatione

N.° 39. Sed contrariam sententiam et sic substitutionem valere etiam ubi fit filio exheredato adiecta dictione mihi defendunt in presenti Ripa n.° 33 Alciatus 169 Joanes Baptista in repetitionibus L. precibus n.° 24 C. de impuberum ea ratione q.a dictio mihi hoc casu reijcit non quasi continens rei certe mentionem sed quasi superfluam arguto L. talem 51. J. de heredibus inst. et facit pro hac sententia textus in d. L. si ita scriptum §. si filio ff de secundum tabulas ubi generaliter dicit eam dictionem pro non scripta

scripta haberi. Rursus facit quia ex mentione pupilla
ris ztabis colligit mens patris volentis facere testamē
tum pro filio et proxime dixi sub n.° 37 quę voluntas
perducenda ē ad effectum meliori modo quo possit
nec debet vitiari propter adiectionem dictionis super
vacuę

Et in hac doctorum controversia defendi posse N.° 40.
existimo pupillarem substitutionem etiam adiecta
dictione nisi valere sive fiat filio instituto sive
exheredato quia quemadmodum obtinuit conditio
nes impossibiles in ultimis voluntatibus pro non scriptis
haberi l. obtinuit. 3 ff de condit. et demonst. sic etiam
autorit.te gallij Aquilij fuit receptum ut adiectio quę
libet supervacua, de testamentis reijceret l. si quis
ita heres 14 ff. de hered. inst. qua ratione procedit tx.
in l. hereditas ex die 34 eodem tt.° quod sane nisi ultimis
benigna interpretatione fuit receptum quia pręsu
mendum ē testatorem voluisse potius actum valere
remota inutili adiectione quam dispositionē suam
corruere nec enim credit quis velle elegere viam
qua possint eius iudicia impugnari

Neque obstat quod in casu filij exheredati essent N.° 41.
rationes traditę a Papiniano et Paulo. I.C.tis per quas
substitutio defendit nam licet illę essent ex alio ta
men capite substinet dispositio. ff. reiecta dictione su

perflua

perfluam. Neque rursus obstat quod subtiliter considerabat Costa ubi s. non fuisse nesesarias elaboratas illas rationes Papiniani et Pauli de quibus s. tractabatur, cum sin promptu erat substitutionem defendere reiecta dictione mihi nam respondet in casu filij instituti nesesariam fuisse illam I.C.ti interpretationem quia per eam poterat dictio mihi adaptari pupilari substitutioni, se verum ubi filius exheredat nulla interpretatione potest dictio mihi accomodari pupilari substitutioni ob id que cum substineat et valeat nesese est illam reijcere quasi superfluam. Ex quo colligitur solutio secundi argumenti pro Castrensi nam reiecta dictione mihi substitutio intelligitur facta in bonis pupili non in aliensis

N, 42. Denique non obstat quod dictio mihi tanquam contra substantiam actus debuit eam vitiare nam iura que pro ea conclusione fuerunt aducta s. n.o 38 eam non probant nam in l. cum precario aduc substinet actus in sua natura spreta conditione que erat contra ipsius substantiam secundum veram interpretationem quam scribit Forcatolus in necio mantia iuris dialogo 3. n.o 4 et ad l. ubi ita donat respondet quod actus non vitiat sed transfundit in aliam speciem contractus que conveniebat verbis contrahentium, et quamvis ea conclusio vera esset regulariter tamen non procedit in ultimis voluntatibus in

quibus

quibus adiectio contra substantiam non vitiat actum sed ipsa vitiat et reijcit, dispositione valida manē te ut in d. L. hereditas ex diō iuncto §. heres inst.º de heredibus inst.

Neque obstat d. Lex per seruum §. 1. vbi in vltimis voluntatibus adiectio contra substantiam non reijciat sed vitiat Legatum. Nam omissa vari etate gloe et scribentium respondeo quod cum vsufru ctu insit vsus et efficiat vnum corpus fieri non potest vt Legatarius habeat vsum fructum sine vsu et ideo Legatum sine re in qua consistat nullius momēti est, at vero in alijs casibus per adiectionem super vacuam non tollit res ipsa Legata vel relicta ad quę ita quamuis reijciat id quod supervacuū est manet res ipsa in qua consistat dispositio

N, 43.

Sed his non incongrue subiunget illa questio an decisio d. L. coheredi §. fin. eū similibus et quę circa illorum iurium interpretatione dicta sunt hodie sint correcta per L. 1. tt. 4 Lib. 5. recopi. per quā noue videt induci vt institutus in re particulari vel certa parte hereditatis in ea sola re succedat Legatarius et reliqua bona perveniant ad veni entes ab intestato per quem tx corrigit decisionē L. 1. §. si ex fundo ff de heredibus inst. defendit Ma tienso in eadem L. 1. glosa. 10. nº. 46 motus prę cipue

N, 44.

ex

ex sequentibus. Primo quia cum per illam legem ad
mitant venientes ab intestato perinde ac si essent ins
tituti vniversaliter instituti in re certa habebur
loco legatarij iuxta l. quoties 13 C. de heredibus ins
tituendis, nec dici potest testatorem decedere pro
parte testatum et pro parte intestatum nam po
tius decedit testatus in omnibus bonis cum in illis
herede legitimi (ser)veant vocati vt in d. l. 1. verbo
lo y entonses herede aquel et testator videt se con
formare cum dispositione iuris vel in querendo he
reditatem ijs quibus a lege defert arguto l. si duo
38 ff. de adquirenda heredit.

N. 45.

Facit in confirmationem huius argumenti
quod venientes ab intestato in casu l. Regiæ adire
debent hereditatem ex testamento quasi scripti iuxta
doctrinam glosæ celebris in l. qui filio 38 §. servus
glosa penultima in fine ff de heredibus instituen
dis quæ docuit quod in casibus in quibus legata
debent in casum non aditæ hereditatis per scrip
tum heredem adiri debet hereditas per venientes
ab intestato quam doctrinam ex ea glosa colli
git Paulus in l. omnia ff. de legatis 2. Jasso in
l. nemo potest prima lectura n.º 23 et 2. lectura
n.º 35 ff de legatis primo et ibi Ripa n.º 42 Oui
(?)ermus in cap.º Reinuntius verbo in eodem testamento

el segundo

el segundo nº. 42 quo [illegible] ubi in hoc regno institutus in re certa in ea sola succedat quia dati sunt ei cohe redes universales qui ex testamento adire possunt hereditatem. §. venientes ab intestato

Secundo movet Matienso quia institu tus in re certa in foro animæ non potest succedere in alijs bonis præterea quia sibi relicta sunt licet ad eam rem male alleget Abas in cap.º 2 de ttis cum his contrarium doceat. Sed eam sententiam defendit Andreas Ciculus in cap.º 1. eiusdem tti nº. 6 qui movent eo arguto quod dis[illegible] d. §. si ex fundo fundat in presumta mente testa toris d. L. quoties §. si duo in fine notat Bartolus in L. 1. nº. 10 C. de sacrosanctis ecclesijs, at lex funda ta in præsumtione non obligat in foro animæ in quo sola veritas atendit cap.º licet nos 26 de sponsalibus notat Abas in cap.º 1. nº. 10 de constitu tionibus adeo ut procedat quamvis presumtio sit iuris et de iure ut ex Juane Andrea et Abate in cap.º his qui fidem de sponsalibus resolvit Felinus in cap.º 1. nº. 40 de constitutionibus et cum hoc foro animæ videtur se conformare d. L. 1. ne anima insti tuti contra voluntatem testatoris alia bona obti neat præter rem qua institutus è

N, 46.

Qua opinione Matiensi admisa plane sequi

videt

videt desisionem d. L. coheredi §. fin. corectam esse quia cum ea desisio fundet in desisione §. si ex fundo que ad dux corecta e senseri etiam debet corec ta desisio d. §. fin. argueto L. adigere 6 §. quamvis ∫. de iure patronabus L. Filij a Serio 89 §. usuras de Legatis 2. L. ita autem 9 ∫. de administ.º tutorum per que iura corecta vel sesante ratione L. ipsius L. desisionem corectam senseri cum comuni resol vunt Abas in cap.º quoniam contra n.º 6 de probatio nibus Tiraquellus in tractatu sesante causa n.º 6 Menchaca questionum illustrium cap.º 46

N.º 47, Sed cum iurium corectio quantum fieri possit vitanda sit cap.º cum expediat de elec tione L. 1. C. de inofficiosis dotibus tutius erit reti nere incorectam d. L. coheredi §. fin. nec enim ea correctio continet in d. L. 1. quia licet ibi coriga t. tx in d. §. si ex fundo non tamen inde sequit correctio d. §. fin. quia non semper corecta vel sesante ratione legis lex ipsa debet senseri correc ta argueto L. prospexit ff qui et a quibus ubi obser vat glosa 2. et Baldus n.º 1 idem Bald. in L. nō dubium C. de Legibus glosa verbo sesante in cap.º post translationem de renuntiatione late Tira quellus in d. tractatu sesante causa imitatione 32 et cum Divo Toma bene explicat Soto lib. 1. de ius

titia

titia et iure questione 6. articulo 4 columna penul
tima. Secundo quia et si omnino sesaret ratio que
a Papiniano exprimit in d. §. fin quia tamen
superestalia .f. quod dicto militi reijcit quasi su
perflua adhuc sustineri debuit dispositio propter
aliam iuris regulam qua docemur quod vbi
lex fundat pluribus rationibus et si vna corrigat
vel seset, si tamen manet altera illa suficit ad
hoc ut lex vel dispositio in suo robore maneat =
arguto §. afinitatis inst.a de nuptijs
3.° quia e verius desisionem d. §. si ex
fundo non esse corectam quia d. L. 1. loquit eo casu
quo nullus heres scriptus e in testamento aut his =
qui scriptus e non adit hereditatem adque ita alter
casus quo scriptus e heres sed iure vel parte heredita
tis est omisus et manet in dispositione iuris comu
nis arguto L. comodissime ſ. de liberis et post h. iux
ta quod ius talis institutio tollet ad vniversum ut
in terminis defendunt Burgos de Paz in L. 3 tauri
n.° 848 et ibi Ferus 3. p.° n.° 2 a quibus non recte dice
dit Matienso ſ. adque ita constat in corectam ma
nere Papiniani rationem et multo magis eius desi
sionem. Neque verum e in specie nostre L. Regie
requiri nesesario aditionem heredum ab intestato ad
subsistenda legata cum etiam eis repudiantibus sus

tineat

N.°, 48.

tineant et det curator bonis defuncti qui pro modo fa cultatum satis fatiat creditoribus et legatarijs ut ad interpretationem d. L. Regiæ recte notat gomesius in L. 29 tauri nº. ultimo et lib. 1. variarum capº 5 nº. 8 adque ita excludit primum argutum Matiensi

N, 49.

Rursus non facit pro Matiense quod desisio §. si ex fundo non procedat in foro consientiæ quia etiã si hoc verum esset non tamen inde sequeret eam desisionem non esse observandam iure fori et quã uis sequeret non tamen ex hoc induciit nesesario co rrecctio d. L. coheredi §. fin maxime quia e longe verius etiam in foro consientiæ procedere et servã dam esse desisionem d. §. si ex fundo quoniam lex civilis iusta obligat in foro consientiæ capite quo iure 8. distinctione glosa 1. comuniter recepta in capº. quæ in ecelesiarum de constitutionibus D. Tomas prima 2ª. q.ª 96 articulo 4 et in proprijs ter minis quod desisio d. §. si ex fundo procedat etiam et observanda sit in foro consientiæ notant Ancã ranus nº. 12 Abas in capº. 2 nº 4 eodem ttº. Perusi nus in capº. si pater nº. 36 de ttis in 6. Decius in capº. 1. lectura 1. nº. 18 de constitutionibus gatiãula in L. senturio nº. 146 J. hoc ttº. Crotus in L. ex coniuncti nº. 172 de legatis. 3. guillermus benedictus in capº. Reinuntius verbo in eodem ttº. el primero nº. 262

Antonius

Antonius gomes. 1. tomo variarum cap.º 10 nº 9 Silues ter in suma verbo hereditas nº 3

